

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

MARIANGELVS ACCVRSIVS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Oeconomum vestrum & tuos collegas,
viros optimos & doctissimos Matthiam,
Hiobum & Laurentium, à me officiose
salutes velim. Vale festinanter V.II. Ca-
lendas Octobris.

MARIANGELVS ACCVRSIVS.

EST operaprecium nunc edere, qui Ausonij
Poëta factus, Maronis titulum mentiti, pa-
rentem suum tot antea seculis ignorarint. Par est
enim, ut qui suppositicia non perinde excluseri-
mus ut expellerentur, quam ut dominis velut
fugitiua mancipia remitterentur, etiam deperdi-
ta diu³ errantia, suis agnitis, recipienda redi-
mendaq³ vicissim ostendamus. Pleraque igitur o-
puscula, quæ Virgilio, conspiratione omnium ascri-
buntur, epigramma videlicet de Aetatibus anima-
lium, Vir bonus, Est & non, cui Græca etiam in-
scriptio, Νεὶ γὰρ ἰ ποδα γοενός, Ausonij lusus esse,
non Virgilij, fragmenta quedam Longobardorum
quandoque characteribus fidem faciunt. Quorum
inspiciendi, sed & inuulgandi, publicandiq³ mihi
facultatem fecit Hieronymus idem Aleander. Non
sum autem nescius, quam frequenter fluxa fragilisq³
vetustiorum quoque codicum sit autoritas, quam-
que circumspiciendum, antequam licere quisquam
sibi

sibi putet in commutandis præstantissimorum monumentis, cum sit plerumq; inueterata iam opinio tanta vis, ut contra naturam stare videatur, qui pro veritate decernat. Accedit itaq; probationis illa etiam ratio, quod carminis structura, mansiones, numeri, colores, dicendi figura, lineamenta, verborumq; iunctura ita coeunt, ita diffunduntur, ita concitantur aut fluunt, ita cetera Poëtae huius opera quandoq; referunt, amiceq; coniurant, ut Ausonii ea esse vix commonitus, qui non sit hispidis omnino auribus, arripiat. Quid, quod vel opusculum, cui titulus Rosa, quodq; supra dictum iunctim legitur ex quibusdam exemplaribus, Ausonii eiusdem non Maronis perhibetur? Notum præterea est, quæ vatum maximo tribuenda opera, Seruius opinetur, quantumq; in termino quotidie obfcura coniectionis occurrat, an is Priapeij carminis, aliorumq; nonnullorum epigrammatum putandus sit autor. Sed & nos in vetusto codice Varicana Bibl. quo & Macrobij Saturnalium dimidiatus liber, & Vegetius continentur, Choriambicum Asclepiadeum de Fortuna, non ad Virgilium, sed ad Cælum Firminianum Symphorium relatum inuenimus. Neque verò solum epigramma ipsum de Aetatibus animalium, inscriptione auctoris non sui legebatur, verum etiam septem versibus conscriptum atque mancum.

EX

Troia docet Paridis male perditâ propter amorem.
Nec fuit Aenea magni sapientia tanta,
Vt blanda thalamos regina linqueret ultro.
Quamuis audierat non vna voce deorum
Promitti gentem Italia, quæ viribus olim
Subjiceret totam iustis, & legibus orbem.
Ille tamen captus præsentis imagine regni,
Reginæq; dolis, hærebat: donec ab alto
Missus Atlantiades abitum tentare cœgit.
Quod si cum socijs mansisset stultus inersq;
Imperio natum æterno, sociosq; perenni
Orbasset laude, & vixisset turpiter ipse.
Ergo nigres transisse lacus, Stygiamq; paludem,
Et terra atq; mari subisse pericula, multo
Vtilius fuerat, quàm dulcia carpere, nardo
Tingere molle caput, Tyrio splendescere in ostro.
Ista sub exemplis alienis admonet vnus
Ille poetarum egregius, vitæq; magister.
Huic tamen adiciet alium, me iudice, rectè,
Cui lyra dulce sonat, cui barbitos aurea fulget.
Quiq; omnes vitæ pinxit ludendo colores.
Quod non audebit pater, & palleſcet amicus
Dicere peccatum, seu plebs sis, siue potente
Natus rege, palam tibi concinet, atq; in apertum
Eruet, excutietq; animos sub vulpe latentes:
Et, quàm sis turpis, licet auro vestis, Eois
Dextra nitet gemmis, detracta pelle docebit.
Derogo nil alijs, quos audat fama, poetis,
Verum hos credo magis diuino nomine dignos.

B

P. VIR-

